



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Indvstria Spiritvalis

Spee, Friedrich von

Coloniæ Agrippinæ, Anno M.DC.XXXIX.

Tertio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43756

6

TERTIO.

AN occasiones peccandi, quas proximas vocare solemus, sine quibus impossibile est, peccata mortalia cauere, vt si quis (verb. gr.) pellicem domi retineret, si quis item haberet officium, quod sine peccato mortali exercere non posset, & si quæ sunt similia, velit tollere, & abdicare. Tollenda enim & abdicanda planè sunt talia, etiam si ipse indè in extremas huius vitæ misérias, & inopiam deuenturus esset. Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Huc quoque spectat, An si quos possidet libros aut picturas prohibitas, aliaue peccandi instrumenta, ea omninò amouere velit, ne vel sibi, vel alijs nocumento esse possint. Spectat huc etiam, An si quod haectenus odium fouerit, illud velit deponere, & iuxta Christi præceptum,

ceptum, Matth. 5. fratri se se suo, quem
læsit, reconciliare?

Q V A R T O.

AN, si potest, velit restituere fa-
mam & honorem, quibus siue
vera, siue falsa de ijs narrando, de-
traxit?

Item, si potest, an rursus in amici-
ciam copulare, si quos, discordias semi-
nando, dissociavit?

Item, si potest, an velit restituere in-
iusta & aliena bona, si quæ habet, item-
que creditoribus suis satisfacere, & a-
lijs in præterito, seu in præsentia causata
damna resarcire &c. Quippe cum di-
mitti nequeat peccatum, nisi restitua-
tur ablatum.

Item, si sit persona Ecclesiastica, an
velit legere suas horas canonicas, etsi
simoniacè habet beneficium, aliter de
eo disponere, in quibus omnibus rebus
à Confessario dirigi poterit. Porro igitur
tur